

**T O N U S
V O T I V V S,**

Ad Sonum Divinioris **TONITRVS**

In Parnassi Sariani Culmine

R E P E R C V S S V S,

Recurrente Annuâ Festivitate

S. IACOBI APOSTOLI

PERILLVSTRIS & REVERENDISSIMI DOMINI

**D. M. IACOBI
ARAKIEŁO.
WICZ**

In Alma Vniuersitate Zamoscensî S. Theologiæ Doctoris, &
Profifforis, Protonotarij Apostolici; Iudicis Surrogati Pre-
mishensis; Ecclesiarum, Cathedralis Premisliensis, &
Insignis Collegiatae Zamoscensî Canonici, Kroñensis,
Krekovecensî Præpositi, Wilkotalensis,
& Krosnecensî Curati &c. &c.

T V T E L A R I S,

Applausûs Gratulatorij ergò

Saliente pennâ

M. IOSEPHI MIKOLAYSKI

Philosophiæ Doctoris, in Alma Vniuersitate Zamoscensî
Ordinarij Pòéséós Professoris, Contubernij Staringeliani
Præfecti


in numeros Pòéticos

REDACTUS.

Annò, quò


VERBUM PATRIS è Cælo Virginali auribus Nostriis intonuit 1733.

Die 25. Mensis Iulij.



Zamoscij. Typis Academicis.

In Stemma
REVERENDISSIMI DOMINI:



I
En ROSA sed radix ubi FVNDAMENTA supersunt
MONTIBVS IN SANCTIS; Flos sacer ornat humum.
Iosephus Godowski POCILLATORIDES MIELNICENS.

II.
Ambrosiam fundens pandit ROSA dulce ligustrum;
Hinc potant nectar sidera, terra, Cliens.
Antonius Godowski POCILLATORIDES MIELNICENSIS.

III.
Non tribulos stimulat mentis elementia nullum
Regis DOCTORIS laedere nempe solet,
Iosephus Bobrowski, AVDITORES POESEOS.

Wyższa Szkoła Pedagogiczna
w Bydgoszczy
Biblioteka Główna

51992

PERILLVSTRIS & REVE-
RENDISSIME DOMINE
MECÆNAS AMPLIS-
SIME.

JNter blandum TONITRVS Divini-
Joris sonum, inter consonam plauden-
tium animorum resonantiam imbellis
Musa de alto Sariani Parnassi in Profun-
dum Tuæ venerationis devoluta, Tibi ho-
die ligatâ alludit voce. MECÆNAS
REVERENDISSIME. Elegit sibi
Pòeticis potius ligari vinculis, quàm si-
lentiô; ubi universi, lingvas in votiva sol-
vunt hilaria, ut Te loquantur. Censuit
indignum esse non vinciri, quam nume-
rosâ gratiarū catervâ de Tuo promananti-
um indies pectore devicisti. Et hinc est,
quòd festivis concentibus, solenni cun-
ctorum acclamationi Phæbeâ Calliope ad-
strepens cyrrhâ, Pierijs constricta mo-
dulis videri gaudet Tuo Nomini & ho-
nori obligatissima. Portat etiam in pedū
decurfu compedes, quòd celsam ROSÆ
Tuæ

Tuæ purpuram inculti styli colore pingere præsumpsit; nec non tantorum meritorum, ac virtutum Amplitudinem exiguâ svadâ còarctare. Interea suis invinculata numeris, urgente recte gestorum stimulo Pegaseos siltit cothurnos, nō sine admiratione; quàm ingens sit Nominis & honoris Tui quantitas. Extendatur hæc plus ultra in sublimiora honorum non obstante fatorum infestorum morâ, quam modò Præses APOLLO Castalijs non jam metiri dimensionibus, sed metricâ pro posse scansione inter lætiores applausus celebrare voluit; modò in Paterno Clientalis propensio valeat affectu. Harmoniam Camænx non perpende, sed modulantis animū; & sic, ut Nonnemini profusæ crocitantis corvi voces, quàm Oratorum ambrosia, dulciores extiterant, gratiorem judicabis. Minus venusta sermonis elegantia sub Tuæ Florum Reginæ ROSÆ centifolia sese confert, quibus investita, ex se licet informis, ex Te fatis formosa apparebit.

TONVS VOTIVVS

Ad Sonum Divinioris TONITRVS

In Parnassi Sariani Culmine

R E P E R C V S S V S.



Actenus Aonias docuit secreta ligati
 Eloquij mentes, doctos habitando Penates
 Pierij montis; quānam ratione canorum
 Debet ab ore melos modulanti currere voce;
 Flamine, quō tractò gracilis complenda cicuta,
 Nunc ubi venerunt animis sacrata Studentum,
 Quæ recreant fessos tantisper, festa vacandi;
 Aures atq; soni Diui tetigere TONITRVS:
 Virtutum morumq; tonos IACOBE Tuorum,
 Sic, docet ut pietas, reverenter amorq; Clientis
 Devoti poterit, (superent cum barbata laudes)
 Nunc citharâ tenui recitare studebit Apollo.
 Simplicibus modulis (quæso) PATER Alme faveto.

Aurea verticibus prospectans astra duobus,
 Phocidos est culmen mediâ regione locatum;
 Cujus in ingressu vitreò torrente superbit
 Castalius saliendo latex, habitatus Hyantum,
 Fons quondam populis, & Pegasus ejus origo;
 Hinc dulcis fertur svadæ manasse potestas.
 Assurgit vastis ulnis super æquora campi,
 Plana super, collesq; super juga celsa ferendo,
 Et caput augustum, mons hic latus omne virenti
 Præcinctus laurò, quæ fusò vertice ramos
 Pandit, & illustres venientibus explicat umbras,

*Descri-
 ptio Par-
 nassi.*

Side-

Sideribusq; suâ crinitâ fronde minatur

Templum Majestate vicens. frontem tenet ardua rûpēs.

Apollinis In supremo colle celebria templa coluntur

Obryzô fusis centum decorata columnis,

Parjetibûs cæsis flammâs imitante pyropô.

In medio gemmâs altare nitescit & aurô,

Tripod. Quod natura modô ditaverat ipsa stupendo!

Hoc super insistens triplici Cortina quiescit

Plantæ, certa docens Vates oracula Divûm.

Hæc juga PARNASSVM Veteres dixere Pelasgi.

Vacatio- Illic, dum surgens arcum malefana tenere

nes deseri- Cæli sideribus conjuncta Canicula cæpit,

buntur. Et torquebat humû tempus, quô flammeus æther

Æstuat, ac tantô latrabat Sirius astrô;

Quando Lares Patrios ibat studiosa luventus,

Artibus interdum nitidos inq; vendo Penates;

Auricomus dicta Phæbus confederat arce,

Otia degustans lassæ solatia mentis.

Non citharam nervis, nervis non flexerat arcû;

Sed placidam libuit digitis agitare quietem.

Præfidis adstabat folio speciosa corona

Mæonidum, castis frontem præcincta corymbis,

Otia Par- Vellere splendenti circum vestigia fusa;

nassi. Quæ facie rutilæ, stillantes ore venusto

Delicias oculis spirabant gaudia mille.

Os, humeros, ætate pares, gestuq; genisq;

Æternum thalami genialia jura perosæ.

Non tamen ulla melos blandis descendere cyrrhis

Iusserat Aonidum; tantummodo dulcia cunctæ

Gaudebant tacitis vulgare silentia plectris.

Svadebat somnos saxo deductus ab alto

Rivus aquæ, per quem saltans cum murmure gratæ

Demulcet sensus crepitantibus unda lapillis.

Ante fores Tripodis molli laureta susurrô,

Svadebant requiem ter svavi voce volucres.

Et jam jucundo cæperunt membra sopori

Indul-

Indulgere quasi; claudebat lumina Phœbus.

Castalidesq; throno suffultas somnia tentant

Vincere, sed pugnant: quâ possunt, parte resistunt.

Nunc langvent, trepidant nunc, assurguntq; caduntq;

Nunc pellunt somnum, pulsus tamen intrat ocellos.

Talia Parnassi tenuerunt otia colles.

Interea pedibus celer, & perniciousis alis,

Pro plumis totidem lingvis vestita disertis,

Per nubes volitans magnarum nuncia rerum

Adfuit; ac ædes pennis invecata citatis

Constitit augustæ Vatum super ostia sedis.

Gnara licet moles pretio mirata superbas.

Prospectat Tripodem præclarâ Numinis arte

Prognatum, monitis prægnantem mille futuri

Eventus; plateas templi stratasq; smaragdâs,

Desuper ardentes solidis adamantibus aras.

Usq; oculos fulgor ferit, usq; reverberat aurum.

Suspensas paries citharas retinebat eburnas,

Auratasq; lyras gemmatô pectine pressas.

Aureus pendebat nervis turgentibus arcus

Cum pharetra celeres centum vibrante sagittas,

Cui superaptatô calamô Pythona tumentem,

Proscripsit terris, delevit monstra Cyclopes

Ærisonos numero viventium Delphicus Heros.

Inde gradum stimulans, intensius omnia lustrat

Palpebræ radiis Propius cum venerat aras,

Observat manibus Divum stupefacta tacentes

Buxos, & molli citharas cessisse quieti.

Expendit: quàm forma genis veneranda nitescit

Pegasidum! quali splendet Latonia vultu

Et cultu, Citherea comis; hæc turba Sororum

Talibus ornatur. Titan quoq; cinctus amictu

Magnificô rutilat, recreans sua corpora somno;

Assistensq; Chorus jucundius otia ducit.

Ergo tanta volens propellere somnia, tensis

Perstrepit in medio Delubri mollius alis

Adventus
ius Fama
in Par-
nassum.

Apparatus
ius in Teo
plo Apollinis.

A2

Adve-

Advena: Mox dilecta quiesq; profugit ab aula
Pieria. vigiles citò lumina fusa sopore
Abstergunt Comites, Præsesq; Supremus Apollo;
Ad quem Fama dein tantis est vocibus usa:

*Oratio
Fama.*

O ingens Genitor Vatum! cui Delphica tellus
Et Claros, & Tenedos, Pataræaq; regia servit,
Qui cælum, terrasq; Tuo modulamine mulces,
Recte gesta Virum celebrans! ô maxima Vatum
Numina formosâ facie, digitisq; Camænæ,
Quæ studij castos animis urgetis amores!
Qui placuit Vestris arcana silentia nervis
Annexisse, precor? celebrantur quando Patroni
(Scire juvat) tanti Doctoris Festa per orbem,
Qui meritis cathedras, meritis qui templa decorat,
Creta ROSINORVM rutilo de Cortice Gemma.
Hic olim Sariam studuit coluisse Palæstram,
Quò felix Genitò Mater nunc Patre superbit.
Ille Decus Gentis colitur prægrande Togatæ,
Atq; Basis constans Academi, prima Senatùs
ARAKIELOVIVS Doctorum Frons IACOBVS,
Ille est, Ruffiacum largò qui munere Pindum
Irrigat exundans magis, ac Aganippeus amnis.
Huic geminant voces, quicunq; merentur Amici
Nomine signari, plaudunt pia corda Clientum,
Et vos immemores donorum, vota filetis
Reddere, cui titulis debetis mille dicari?
Talia non animi grati sunt (parcite) signa:
Iungite concentus danti modulamina turbæ,
Iungite festivos! quæ vos oblivio caput?
Sin minus? admittæ culpæ censura manebit.
Cynthius hæc contra: monitis parere studebo.
Hæc ubi dicta; manu Citharam pulsavit eburnam;
Tu mihi de gratis promendo cantica buxis,
Doctorum Sarii Titan venerande Lycæi
Theologus celebrandus ades; licet ardua tentè;
Cara tamen tanti (fateor) mihi cura laboris.

*Respondet
Apollo.*

Terret

Terret materies studium; cor & incitat ausus
Munera tot referens. Plectri timor occupat omnes
Artus, imbellis fandi bene conscius artis:
Hinc amor impellit numeros. hic pugnat, & ille.
Ipse pavor chordas animat. licet anxia certum
Icarij faciunt sonitus conamina metrum:
Ite celebratum Magnum mea carmina PATREM!
Ite timor persuadet amans, persuadet amorq;
Tu mihi Trajanò potior, quæ docta loquuntur
Scripta Poëtarum; Tu Mecænate colendus
Vsq; magis Muxæ, quo vix præstantior ullus
Esse potest. Faveat regnans Augustus Homero
Romulæ gentis: Tua nos benefacta profundo
Vulgantes cultu; veri vestita colore
Non figmenta lyris internectendo, canemus!
Vos castæ sociæ resonis alludite plectris;
Et quò fama vocat, modulis mandata sequamur.
Pegaseumq; latus conscendit Præses Apollo;
Ac volitat, quò, fama præit strepitantibus auris;
*Ignescunt patula nares, non sentit habenas,
Ungula, discussaq; juba sparguntur in armos.*
Insequitur gressus pennis provecta Sororum
Turba novenna sui Domini vestigia calcans,
Doctiloqvas dextris chordas, & plectra ferentum.
Linqvimus Aonios, & quas Bæotia terras
Cunq; tenet, fugiunt urbes, vada, littora silvæ;
Per Satyros, Dryades, Nymphas ferimurq; Napæas.
Non habitatus apex paret super æthera lapsis;
Protinus & Lechiæ primas properamus ad oras.
Est in Sarmatico vallis Vibis inclyta campo,
Divorum cultu præcellens altera Roma,
Quam rapido cursu præcingit Vistula spumis,
Impotatq; lavatq; ruens à montibus altis;
Mænia quam coctò saxo turrita coronant;
Ædibus augustis Superum celeberrima mille,
Marte potens, opibus, celsòq; superba Vavellò.
Carpatio colli varijs vicina metallis

*Apollo cū
Musis Fa-
mam se-
quitur.*

*Descri-
ptio Cra-
covic.*

B

Præ;

Inelyta
Univer-
stas Cra-
goviensis
Regni
Schola
Calaber-
nima
Prægnanti, medicas niveus, qui germinat herbas,
Pannonicumq; Polum præscindit ab orbe Polono;
Metropolis Mundi, folium, diademata, sceptrâ
Arctoi servans; radiant ubi splendida Regum
Atria. Doctorumq; Domus visuntur Athenæ,
Qvas super invidiam gelidus Septemtrio jactat;
Arte Parisiacæq; pares, Pataviq; Minervæ.

Hic stetimus. Fastis profert en Cracia Pallas
Inscriptum Nomen, gemmis, cedrôq; notandū
IACOBI. celebretur; ait. Tum carmina chordis
Terpsichore mandat: quantis PATER optime factis
Vix primævus adhuc, complēsti Palladis orbem
Lechiadum: tantum meruisti cujus amorem
Dotibus eximiis, ut doctâ fronte corymbum
Cingeret, & celso decoraret verticemitrâ
Doctorem IACOBE Tuo. Suspexit in uno
Scilicet innumeram virtutem: mentis acumen

Benemer-
dissimi
Dominū
Pater E-
sumia
Cælestis ferme; dextram, labiumq; disertum
Mellea verba ciens, vitæ morumq; nitorem.
Quæ pietas! lingvæq; modus, sapientia Divis
Associanda Tuo gestu, dictisq; reluxit:
Vt Titan cæcas radiô cum suffocat umbras,
Ingenium, solers animi prudentia rerum,
Sancta supercilium spirans, puriq; Catonis
In gestis gravitas nulli gravis, omnibus æqvè
Frons dilecta nimis, præclara modestia vultu,
In facie Charites renitent. divisa beatos
Quæ faciunt, collecta tenes IACOBE. Proinde
Intulit hinc certò quævis ad maxima natum
Tibi fore, qui verbis Cicero, Maro carmine scriptis,
Extiteras; ut nunc Orator Tullius ore;
Æmulus eloqvij Demosthenis, atq; Periclis
Philosophus quoties vestigia docta tulisti
In Stoicam rixis Sapientum sœtus arenam,
Magnanimus toties Victor laureta tulisti;

De Revo-
rendissimo
Dno Toga-
Quæ gressus redimire Triumphatoris ovabant.
Augebantq; Virum plausus Tibi jure triumphos
Magnorum. Prokata velut monimenta probabant:

Di-

Dixerunt alij Senecam rediisse IACOBVM;
Alter Aristotelem dixit, Divumq; Platonem
Credebant alij redivivum sæcla dedisse.
Iam tunc monstrabas fructus in flore virenti
Maturus, redolens Autumnum tempore Veris.
Notus ab ungue leo. scissoq; Tyrinthus angve
Notus adhuc infans, olim quod monstra domabit:
Extingvens hydras Lernæ, Nemeosq; leones,
Æripedes cervas, Centauros, atq; Dracones
Hesperidum, Cocos, Apros, ipsumq; Trifaucem
Mactabit. jam tunc notus de pollice Magnus
Ingeniô! Cum tanta vident, stupuere severi
Doctorum Proceres, virtutis dogmata raræ
In Te patrantis ferme miracula centum.

Iam tunc multa Tibi subsellia fata parabant:
Basilicæ celebris Prælato Stalla Zamosci,
Rusliacæq; Stoæ Rectores, sceptrâ, curules,
Canonico Cathedram Premissa certa futuro,
Incorrupta Themis dignos Te Iudice fasces;
Divinum pia sperabant altaria Mystam;
Insula necebat cincturam tempora vittam:

Inde per auricomas Cereris celeramus aristas;
Et sequimur, quocunq; cito pennata cucurrit
Fama gradu. Fugiant montes dilecta recedunt
Pergama Lechiadum, disparent mœnia, tures
Istula cæruleus. flumus per prata, per agros
Remigiô plumæ. Desudat turba Coloni
Littora per campi. pingves hic dextera culmos
Agricolæ sternit, segetes decollat obefas.
Sole sub ardenti flaventia jugera radit
Pars messorum manu, pars falce fatigat adunca
Æqvora spicarum. succisas horrea messes
Accipiunt alibi. Curis profusa quiescunt
Corpora ruricolum. Lithavas accedimus auras.
Mille greges passim spectamus ad arva vagantur
Tondentes latè campos, armenta per herbas
Subsiliunt; rupes præruptaq; saxa capellæ

Bz

Cal-

ni Senatus
Academi-
gi sensus,

Fatorum
Dece cla.

Describit
sur Mes.
sta

Calce terunt, longum per valles pascitur agmen.

Vilna Et jam summa procul tectorū culmina fumant:

Urbs in A longe subito Nostris se Vilna pupillis

Magno Ducatu Ingerit Vrbs opibus Lithavæ celeberrima Gentis,

Lithuan: celebris. Hanc prope Magnorū Procerū, prænobilis arte

Et pretiō veneranda suō ferē regia sedes

Celsissimo- rum Du- Profapiæ celsis Mavorte, Sagoq; Togaq;

cū Radivi Quam celebrare satis nequeunt per sæcula fasti;

liorū Se- Augustæ meritis; RADIVILI Principis aula

des Alba Ducalis. Majestate Ducis præcellens ALBA DVCALIS;

In quam Diva manus parvas deduxit Athenas;

Colonia in ibidē Obviat. huc libuit Ductrici tendere famæ;

Acade- Perventū est. ubi multa manent immota Tuorum;

mica Qvæis insudasti DOCTOR, superando diei

Æstus, & noctis; CLARISSIME signa laborum.

Tunc Clio tantis numeris canit usa: PROFESSOR;

O Column! præitans Academî Gloria Spartæ!

Reverē- Quæ non fecisti, teneris præcepta IACOBE

dissimi D. Instillans animis! Juvenes, Chirona secutus;

labores in Tempora qvem jactant tantum, talemq; Magistrum;

Colonia Ter facili felix praxi, methodoq; docendi;

hæc, & ma- Æacidas centum formasti Genus ad usum.

rita. Non sic erumpens septena per ostia Nile

Pingvibus Ægypti sæcundas arva fluentis:

Vt Nostris latice doctrinæ littore vasto

Mentibus infusi Doctoris divite fluctu

Pectora ditarunt. tot non despumat Hydæpes

Gemmas, auratâ radians Pactolus arena

Alluit, aut populos Asianos Hermus mundat

Obryzō, Ganges adamantibus irrigat Indos;

Ebriat Helperios non sic Tagus atq; saburræ

Propinans pretij pateras: velut IPSE rigavit

Corda scientificis baccis, artiq; valore

Complevit, Regni Pretium venientibus annis

Quæ fierent olim. non ocyus hausit Achilles

Semiferi præcepta Senis; seu cuspide artes.

Sive lyra cantus, medicos seu disceret usus;

Ac

Ac Tuā Discipuli gustarunt Magne Professor.

Hinc est, quod tanto Juvenes Doctore beati

In decus eximium creverunt, simplice trunco

Mercurios centum qvos instituendo creasti.

Hinc est, quod messis multis surrexit opima

Ingenis Lechiæ, quæ tempestate laboris

Sunt animata Tui pretiosâ tunc IACOBE.

Hinc est, quod felix Genitrix, Procerumq; Ducumq;

Gens Heros, titulis radians RADIVILIA Princeps

Præcipuō semper TE duxit amore colendum,

Qui pietate colis Superos, colis artibus idem

Humanas mentes: coluitq; favore Senator.

Interea Geniti Mater memor Alma Zamosci,

Mænia Præsidij veniens Academica Pallas,

Cæsarie nitidâ, tacitum sed corde dolorem

Conservans, lachrymis oculos submersa nitentes

Suspirat, gemit, & partes conuersa per omnes;

Nunc Eurum, Boream, nunc, mollior unde Favonî

Aura fluit, prospectat, ubi sua lumina xtingvit;

Nunc Austrum, dat ubi flammans incendia Titan:

An reducem referat Natum felicior hora.

Nec celare valens gemitus dein talia fatur:

Q mihi, quò nullus fuit, aut est dulcior unquam,

O Sarius nimum Laribus dilecte IACOBE,

Fulcimen Matris Senij carissime NATE,

Quò spes solabar, curarum dulce Levamen!

Quæ Te terra tenet? quò Nostris invida rebus

Te Tua fata vocant? quid gaudia Nostra moraris?

Aspice rorantes lachrymarum flumine vultus;

Saucia corda vide, mæstis concussa procellis

Pectora, nutritus qvæis ô dilecte fuisti.

Tum mihi tantorum nunc es, Tu causa dolorum

Absens; ni venias, & consolere Parentem

Præsentem facie. Redeas svavissima Proles.

RECTORI culmen, titulos, ac Sceptra paravi,

Stallum PRÆLATO Tibi, mitratamq; curulem.

Nate redi, mæstam tandem solere Parentem!

C

Inco:

Celsissimi
Principes
Radivili
singulari
Reverē-
dissimum
Dominū
prosequū-
tur amo-
re.

Reverē-
dissimum
Dominū
Alma U-
niversitas
Zamoscē-
sis, in qua
stu dijs na-
vavit ope-
ram ad
Collegiū
suum A-
cademi-
cū invi-
tat.

Incolumen servate Dij, votisq; favete.
Sic ait, & vetuit torquens præcordia mæror
Plura loqui: dubiam reditus, certamq; putâs.

Illi, cum tantos jactaret pectore qvestus,
Entheus astriferò præceps demissus Olympò,
Somniferam quatiens virgam, tectusq; galero,
Crura super, dextraq; super, talaria fundens
Constitit in facie: Singultus desine (dixit)
• Multiplicare Tuos; Faverunt Numina votis:
Incolumis veniet Sarianas Natus ad aras.

Ornabit Cathedras, suppar Collegia bina
Moribus & virtute Sua decorare IACOBVS.
Huic jam fata Viro felicia sæcla repandunt:
Nestora complebit lustris, Illustris honore;
Infula præcinget frontem, luriq; secures
Armabunt dextram Geniti, Premisia qvales
Ingeret, ad Procerum summos sumetur amores
Te Satus, & poterit ter faustus dicier: Hic est!

Tunc quoq; de meritis Regni Suprema Minerva
Discurrendo Viris, justò qvos ornat honore,
Talia gnara Tuæ virtutis mente volutat:
Impendit Lithavis operæ Clarissimus oris
Doctor Athenæo pretium, quod in Vrbe Ducali
Alba florescit, præstans ex asse PROFESSOR,
Illic promeritus præconia mille, docendo;
Vnde Stoæ Nostræ laus incorrupta redundat.
Præstat pro tantis persolvere præmia curis

ARAKIELOVIO. Tandem sic infit amicâ
Voce: redi Nostras Venerande PROFESSOR ad ædes
Post exantlatos cursus, æstusq; laborum;
Munera digna Tui pretiû non vile IACOBÈ
Sudoris referes. Mihi sunt Collegia trina,
In quibus accipiunt meriti stipendia Patres,
Sunt mihi, quæ posthac certò potiuntur, honores:
Hæc Tibi venturo Chiton referata patefcunt.

Audiit & DOCTOR, quò sit sibi, nescit, eundum.
Illa vocat, Materq; vocat Sariana: venito.

Huc

Huc stimulat pietas gressus, huc incitat ingens
Matris amor; suspensa tenet uestigia pectus.
Hæc trahit; Hic retrahit passus, hæc certat & ille;
Viribus illa suis, propriis innititur iste.
Vicit amor Matris demum! gaudete Lycæi
Limina Zamosci! Patrias IACOBVS Athenas
Venit, & erudit fulsit, decoravit; & ornat.

Ergo per æteas iterum devolvimur undas
Passibus, & famæ certatim instamus eunti.
Qua fluimus, rapidis circumfluus obstrepit æther
Pennis. Iam celsos colles, jam plana tuemur
Frugibus investita procul; jam floribus hortos;
Flora quæis pinxit tellurem, vitibus uvas
Spumantes, patulis ramorum poma lacertis
Tunc affixa, quibus dives Pomona replere
Assiveit calathos. prægnabat fructibus omnis
Arbor, Sylvestres alibi sua brachia tendunt
Quercus, indutæq; comis vernantibus orni;
Qua ruimus, deserta patent; habitataq; surgunt
Atria. Per saltus cervi saliendo volantes
Colludunt capreis. Ursi, validiq; leones
Errant per lucos, virides vastantq; recessus.
Fit sonitus foliis; stridet velut unda procellis.

En autem vallis Vrbs circumcincta superbis
A longè sese sinuat, Domus inclyta Divum:
Cujus in introitu multò flammescit honore
Regia Magnatum Mundi, quæ paret ab ortu
Fulgor, purpureo quasi murice subrubet Eos.
Prospectant Laribus cidares, ac Sceptra; coronæ,
Pontificum mitræ, solium Regale, Curules,
Mille Ducum clavæ, claves, ac Scipio Regni,
Annulus auratus. Mavortis signa Poloni
Scintillant: clypei, galeæ, cristæq; trementes,
Exuvia fuso toties ex hoste relatæ.
Ostia ZAMOYSKICH Magnorum Gentis Avitæ
Clara Senatorum sunt hæc, quos integer orbis
Heroas reveretur amans, deprædicat omne

Bz

Ævum,

Reverendissimus
Dominus
ad Almam
Universi-
tatem Za-
moscensē
invitatus
redit.

Describuntur
obiter
horti, &
silva

Fortalitiō
Zamosca-
num.

Illustrissi-
morum &
Excellen-
tissimorū
Domino-
rum Za-
moscorū
Palatium

Decora
Celsissima
Demus

Describi
per Mor-
tus &
vna Ora
anno.

Successus
dicitur re-
ferre.

Coliberris
vni-
vrsitas
Cracovien-
sis vocat
Reveren-
dissimum
Dominū

Ævum; Nos toties Reges, quos singula Regna
Gaudebant habuisse suos, ac semper habebunt.
Tendimus huc celeres, medias illabimur arces.
Illico compellare Chorum Sariana Palæstra:

Nostis Pertipati Lumen, Columenq; IACOBVM
Doctorem Nostri? meritis adjungite fastos.
Cæperat actutum digitis percurrere nervos
Terpsichore: plenô cumulant Tua gaudia tractu

*Reveren-
dissimi Do-
ctore
Zamo-
scensi*
O Pallas, Superi, Tanto Doctore Zamosci
Gaudens! cui Sapiens animus, mens ardua semper
A puero teneris etiam fulgebat in annis.

*Amma U-
niversita-
te Zamo-
scensi*
Ecce decoravit gestis Clarissimus omnem
Gymnasij Spartam, radios vibrando IACOBVS
Virtutis Phæbus, flammantis solis ad instar,
Zodiacum duodena Poli qui signa gerentem

*Reveren-
dissimi D.
Apostoli-
cus zelus
per exe-
dras Ec-
clesiasti-
cas.*
Visitat auricomâ facie, lucisq; nitore
Accendit, largumq; jubar communicat astris.
Quin etiam superas Phæbum Titane Professor
Clarior. Hic etenim caligine mergitur atrâ
Interdum patiens defectum, lumine captus.
Ast ARAKIELOVIVS nusquam splendore carere
Visus erat, quacunq; tulit vestigia morum;

*Insignit
Collegia-
re Zamo-
scensis
Prælati
Stalla de-
corat.*
Astiterat fulgor, penitusq; fugaverat umbras.
Seu geminum scandit Parnassi culmen APOLLO;
Culmina scanderunt tanquam se viseret Orpheus.
TVLLIVS aut dulcis coluit conclavia svadæ;
Tanta seqvebatur comitans lux semper euntem,
Vt Studij sine nube dies generaret Alumnis.

*In Alma
Universi-
tate Rus-
sica Doctores
S. Theolo-
gia &
Supremâ
Laurea*
Stalla dehinc, arasq; simul PRÆLATVS adauges
Integræ mentis, vitæq; nitore SACERDOS.

Ergo manantem tantô Stoa lumine fontem
Theologis plaudens fertis Sariana coronat.
() quot Divinæ profundens Lucis abunde
Theologus rivos pepulisti mente tenebras.
Discentum faciens, vacuas erroribus horas.
Si Te Doctorem cathedris, audisset Aquinas
Ingenium Thomas proprium Te diceret esse.

Ar-

Ardua planâsti facilis, clarusq; docendo,
Vt fidei saperent omnes arcana profunda.
Hoc opus est IACOBE Tuum, Sic Sceptra Togati
Prændisti Regni meritis Celsissime RECTOR.

Aurea currebant Sario momenta Lycæo,
Pieris Laribus Saturnia sæcla redibant
Auspiciis IACOBE Tuis. Felicior illo
Quilibet annus erat, quò Vespasianus in Vrbe
Iura dabat populis nunquam violata Qvirini,
Te Dominante Togis: clementia juncta rigori,
Dulcorabat amor junctus mandata Paterna.
Hinc timor ipse Tui nobis amor; alter utrumq;
Exhibet officium, quando timet, ac amat idem.
Quid, si commemorem sacros per templa labores?
Promptius imponam glaciali Pelion Ossæ,

Quam digne referâ. Celebrent Tua verba Teipsû,
Quæ pro Religione, fide, zelosus adusq;
Nectareâ lingua fudisti mentibus amplô
Profluviô BERNADVS, aut Chrysostomus alter.
Et nunc AMBROSIVS svavi sermone per aures
Dimanas hominum, quoties sublime subintrâs
Suggestûs culmen, torquens in crimina fulmen.

Inde Tibi dulcis Procerum respectus, amorq;
Fluxerat Augustæ Gentis de Sangvine Regum,
Te Magni THOMAS Magnus post fata superstes
Pendeat. MICHAEL Lechici Pars Magna Senatûs,
Sarmaticiç; Poli Columen; Tibi mille favores
Corde ferens alijs præfert magis, æstimat unum.

Dotibus inde Tuis nimium, quò PRINCIPES Princeps
Varmia Mitratô jubilans Pastore superbit,
Sarmata Præfidiô, libertatisq; Columnâ;
Addiderat pretium pretio, decus omne decori;
Atq; Virum gestis recte probitate probavit.

Virtutis studiô pietatis amore deinde
Ductus Romanas Divorum, Pergama mundi,
Arces visisti Divis sociandus Olympô.
Quantis delicijs Florum (a) Regina replevit

D

Exo-

(a) ROSA Stemma Avium Reverendissimi Domini.

insignitur

Labores
Theologi-
ci.
Cœordi-
bûs vobis
Rector Al-
ma Univ-
Zamosci.
plausibili-
ter multo-
ties eligit
vobis.
Fortuna-
tissime Do-
minatur
in Regno
Literario

Reveren-
dissimi D.
Apostoli-
cus zelus
per exe-
dras Ec-
clesiasti-
cas.

Illustrissi-
ma Domus
Zamosco-
rum favo-
ribus Re-
verendissi-
mi D. unice
cumula-
tur

Celsissime
Princeps
Illustr. &
Reveren-
D. Chri-
stophorus
à stupow
Szembek
Episcopus
Varmien-
Reveren-
dissimum
D. unice
dilexit.

Exoticās terras, animi sapientis odorem
Distillans! Mirata Tuos Gens, Urbesq; Latina

Reverendissim. D.

Florentes actus, gustavit mentis amæna

Roma Sa

Lilia mista rosas, quæ conservare vigorem

era loca.

Ardores inter mirum cælestis amoris.

& Divorū exuvi

Non ibi, quas Campanus opes ager, ampla venustas

as devoti

Quas Floræ stimulat, pompæ non vasta theatra;

ssime visi-

Aut Tiberis rapidi fulvæ, quas ructat, arenæ

In Consi-

Non oculos tenere Tuos; hæc omnia supra

storiali

Te virtus generosa tulit. Conclavia Patrum

Rotali In-

Duntaxat mentem celsam tenuere Togata;

dicio pra-

In quæis Divinæ Themidos sacrata penetrans,

xim dili-

Confecrans studium Conso, secreta bibisti.

genter ob-

Ditari pretiò Iuris tum Divite IVSTVS

servat.

Debueras, olim Patrias quò reddere terras

Protono-

Felices posses, ditans IACOBVS abunde;

tarinus A-

Iure potens Iuris summò decoratus honore.

postolicum

Nos autem precibus Superos, Cælumq; tuentes

creatur.

Obtestabamur, junctas ad sidera palmas

Vibrando: servate Div, servate Penates

Incolumen Patrij, reducem perducite PATREM!

Româ in

Tandem Russiacas Doctor revolutus Athenas

Patriam

Reddideras Nostris; quæ tunc amissimus omnes,

reverti-

Cum peteres Latium; Tecum solatia Musis.

ent.

Riserunt mastri tantisper culmina Pindi;

Riserat & Pallas libans tunc oscula NATO;

Complexus dulces caros vallare lacertos,

Illustriss.

Tumba salutantum cinxerunt brachia Fratrum.

Excellen-

Excepit placido Magnus te pectore PRÆSVI;

tissi. & Re-

Cui vix sæcla parem possunt dare, tempora ferme

verendis:

Nulla dabunt Lechici Celsissima Gloria mundi;

D. Alexâ-

Ex Decijs Decius, pulchrisq; Metellis Metellus,

der FRE-

Pro libertatis Regione; viscera flammans

DRO Epi-

Pro Superis, cultuq; Dei Sacer Augustinus,

scoputro

Ereptus Chelmae tuis, quo Principe Mysta

misliensis

Gaudet ad invidiam Nostrum Premislia felix.

JACOBU

Ille Tuas dotes animò complexus amandas

ingulario

si favore

& amore

prosequi-

sur.

Quò sua mitratus vestigia cunq; Senator
Pertulit Augustas titulorum Nestor in omnes
Venturus Sedes, non Te sine scandit Achate
Æneas Divus. Gremium Te duxit in illud
Multipotente manu, quod habet decoranda tyaris
Gemma, Pontificum gestat decorataq; mitris.
IVISTI Gemmas inter Pellucida Gemma,
Flos ROSA purpureus Prælatas Sacra vireta
Ingressus Canonum, virtutum septus odore.

Nos quoq; magnificos (inquit dux fama) sequamur
Prælati, Sociæ reverente pedemate passus.
Corripimusq; viam; Zamoseum valla recondit.
Hærent stagna locò plenas æqvantia ripas,
Quæ pecus æqvorem squamosis pervolat alis.
Hic jaculis pisces, illic retinentur ab hamo,
Hos cava contentò prædantur reia fune;
Qua volucris gradimur velò calcanea nantes.

Et jam turrifò spectat Premislia vultu,
Exitus arrepti callis, tum meta laboris.
Huc agimur votis, motus velocior instat.
Miramur, moles Divorum PRÆSVLIS aurò
Quæ flammant, scalpriq; volant super æthera, multi
Artificis. pars concentrare lacunar ahenum
Nititur ardenti pars investire perinde
Certatim, templi penetralia nititur ære.
Hæc calamò felix gemmatò, voce rotundâ
Obryzoq; pari descriperat atria DOCTOR:
Quomodo Romani Laterani juncta Sacraris,
Innumeris gazis, animarum prorsus abundant.

Diximus: ô fortunati, quos copia tanti
Thesauri ditare dies assevit in omnes!

Et denso nebulæ circumvelamur amictu;
Cunctaq; cernentes fluimus, neq; cernimur vlli
Invecti Superum Sedes. Audimus ab altis
Rostris, fundentem violis cum lilia centum;
Atq; rolas, vepribus vacuas sed ab ore IACOBVM.
Felix cui dederunt hæc aure bibisse Triones!

In Sacra posthac Themidos conclavia ventum

D2

Ali-

Reverendissimus
Domibus
in gremio
um Cathedra
ale Canonico
Premisliæ
assumunt

Seagna.

Piscatio.

Premislia

Cathedra
lis Eccle-
sia, quam
cum suis
Privilegi-
is Reverendissimus
D. descri-
psit aurò
calamò,
ut pote La-
te anense
Ecclesie
Romana
aggregia-
tam.

Reverendissim. D. in
Cathedra
li hac Ba-
silica Apo-
stolica zelosissime fung-
tur officio.

Quò

*Sanctè
vultus
Iudicis
Surroga-
ri, & No
men gerit*

Aligerò cursu, IVDEX sublime Tribunal
Condecorat Noster DOCTOR. Custodia Legum,
Quæ jubet, ac animis Canonū quæ iussa loquuntur,
Quæ zelus, pietatis amor, quæ iusta suadet
Officij ratio, decernit iura IACOBVS.
Non prece, non pretiò mens veri gnara movetur:
Arbiter Exemplar morum, fere Regula vitæ;
Fallere, nec falli patiens, sed præmia rectè
Gestis distribuens, scelus urit vindice pænâ;
Vt metus huic adfit, spes illi; singula præstat.
Felices, Iudex quævis est tam sancta voluptas!
Pro meritis meritum referens. Si prisca tulissent
Tempora TE DOCTOR, statuendi Norma fuisses.
Vixq; Numam nôisset Latium, Phrygiq; Daretem,
Aut Lacedæmonij Chilonem, Graja Solonem
Mæoniden Salamin, clarum Danaiq; Periclem,
Pausaniam Spartani Perjandrumq; Corinthus,
Titanem Delphus: supplèsses unicus omnes.
Reddere namq; potens oracula, jura PROFESSOR.
Ipse Tripos monitis Divinior. omnibus omnis
Sufficeres; responsa dares probitatis Idea.

Diximus. & tandem Prælati namus ad ædes
Passibus alatis. Obvallant ipsa IACOBI
Ostia cælestes Virtutum cara Sodales:

*Reveren-
dissimi D
vires
Domesti
ca.*
Iucundò vultu clementia viscera pandit,
Quam prope Iustitiam comitem spectamus adesse.
Angelicus mentiscandor, Dominiq; priorem
Visa tenere locum pia munificentia. centum
Hæc instar Nili profundit munera dextris.
Qui veniunt tristes, læti vestigia retro
Profiliunt, Iri meliori forte beati.
Porro se sinuat Charitum ter blanda corona;
Circumquaq; fores, famuli, famulæq; morantur
Si tales? Dominam virtutem credimus inde
Hos habitare Lares. Ergo jam, dixit, eamus
Viscera tanta Domûs, Parnassi Rector Apollo:
Hic mihi grata quies, solatia mille morati;

E ran-

Nr 109219 G

KSIEGARNIA
ANTYKWARIAT



Nr 109219 G
XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX